



Aspectus Sextilis siue Hexagonus est cū Planeta quispiā ab altero distat gradibus 60. Quadratus siue Tetragonus cum per 90. gradus distant. Trinus uel Trigonus cum per 120. Oppositus uel Diameter, cum per medietatem circuli distant. Accipiunt tamen iudices aspectus iuxta contactum orbium planetarum, ut ♃ in 5. ♃ aspectus ♄ in 26. grad. ♄.

Separationem ab aspectu uel coniunctione cognoscere. Can. XIII.

Haec fit, cum planeta leuis elongatur à ponderoso per quantitatem graduum suorum orbium, ut si ♄ & ♃ fuissent coniuncti in 10. gradu ♄ & ♃ nunc esset in 18. ♄, quoniam tunc dicitur separatus à ♄, quod idē etiam in aspectibus obseruandū conuenit. Dicunt tamē alij quod separatio fit, quando leuis recesserit à ponderoso per 1. minu. quod uerū est, si orbis nō aduertimus.

Prohibitionem ab aspectu uel coniunctione capere. Can. XV.

Haec est in duplici differentia. Contingit namq̃, cū tres planetae in uno fuerint signo, & ponderosior ipsorum cū transiunt plures gradus illius signi, quam aliquis illorum duorum, tunc medius prohibet coniunctionem sequentis, s. illū qui transiit minus de signo, ut ♃ 1. ♄, ♄ 12. ♄, ♄ 15. ♄. Ibi Luna prohibet Martem, à coniunctione Saturni, & ipsa coniungitur Saturno. Alio modo, quando duo planetae sunt in eodem signo, & leuior ipsorum iungatur ponderoso, & alter planeta aspiciat eundē ponderosum, & sit ♃ aspicientis ita prope sicut ♃ corporalis planetae existentis in eodem signo. Tunc ille qui coniungitur corporaliter, prohibet aspicientem ne aspiciat. Si autem aspiciens fuerit propior per aspectum ipsi ponderoso, erit ♃ aspicientis, & prohibet ♃ corporalem planetae, qui est in eodē signo cum illo ponderoso, ut hic ♄ ♄ & ♃ in net, & prohibetur ♄ 4, & ♄ prohibetur per ♃ propiorem Mercurio in gradibus. An